Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Von der wunderbaren Geburt des Kindes bei Worms [lat]

Brant, Sebastian

[Augsburg], [nach 10. Sept. 1495]

urn:nbn:de:bsz:31-293027

Visual Library

Te 86, 8
WR 386
31

Ad clariſſimū Rhomanoꝝ Regis Can-
cellariū dn̄m Conradum Sturcel. Iuriū
interpretem preſtantiſſimū. de monſtruoſo
partu apud Wormatiam. Anno dn̄i. M.
cccclxxxxv. quarto idus Septembris edi-
to. Explanatio Sebaſtiani Brant.

Quod te dignarum doctor celeberrime rerum
Conrade. expertum percupidumqꝫ ſcio
Hinc noua que noſtris nuper ſunt monſtra ſub horis
Viſa. tibi primum carmine nota velim.
Nec me prepediet ſi fors prius omnia noſti
Quod vulgus prius hoc nunc mea muſa canet
Te ſcio facturum hec. regi noua cognita noſtro
Scribimus illa tibi. pandimus illa ſibi
Queqꝫ latina tibi modo ludimus. illa viciſſim
Materno. regi mittimus. eloquio
Nature genitor deus optimus ordine certo
Huic dedit ⁊ certa lege viaqꝫ frui.
Nec facile immutat nature iura. ſed illam
Quẽ dedit incepto pergere calle ſinit
Ni forte occulta cauſa. aũt ratione latenti
Arbitrio ve velit hec variare ſuo
Quo fit. vt omne. viam nature preter. obortum
Monſtrum. ⁊ portentum. prodigiumqꝫ ferant
Maioreſqꝫ ideo noſtri placanda putabant
Numina. ſi quando talia viſa forent.
Crediderant quia nã. ſuper hos mala grandia terris
Iratos. monſtris mittere velle nouis.
Vtqꝫ ea differrent mala vel leuiora piando
Efficerent. placuit thura preceſqꝫ dari
Inde ⁊ Rhomani poſuerunt ſcripta Sibille
In templum. addentes quinqꝫ decemqꝫ viros.
Qui. viſo oſtento. librorum iuſſa ſacrorum
Conſulerent. medicas edoceantqꝫ vias.

Quo pacto iratis condigna piacula diuīs
Exhibeant. illis cura laborqꝫ fuit
Nam fuit euentu compertum. monſtra plerūqꝫ
Res monſtrare nouas. exicijſqꝫ graues
Sic ſeptem reges poſt viſa oſtenta periſſe
Carmine thebano Statiūs ipſe refert
Sic Thzoie excidiūm portendere monſtra volebant
Nec Solyme niſi poſt horrida monſtra cadunt
Sic equa. Caſtra inter Xerxis connixa. futuram
Signabat leporis more modoqꝫ fugam
Hannibal ⁊ luſcus quando obſidione Saguntum
Cinxerat. enixa eſt femina filiolum
Qui ſimul vt natus. rurſum intra viſcera matris
Repſerat. ⁊ patrie pretulit interitum
Quot portenta etiam. quot monſtra horrenda p̄bũt.
Cum penus Rhomam flagrat ⁊ italiam
Ceſaris aduentum ex Gallis. monſtra docebant
Deinde eadem monſtrant ceſaris interitum
Cūm Cotyla atqꝫ Atyla ducibus ſeuiſqꝫ tyrannis
Aphrica. mox Rhenus. luxit ⁊ Jtalia
Chriſticolūqꝫ alie partes. tot monſtra. tot atra
Prodigia. has clades predocuiſſe ferunt
Cum fidei ille etiam Mahumet ſubuerſor ĩiqſſimus
Naſcendūs. mundum ⁊ irruiturus erat
Jllius ⁊ ſectam. mox ⁊ noua ſciſmata ſignant
Monſtriferi partus. miraqꝫ ſeua poli
Sic ⁊ Thurcorum ſic cum gens Tartara. clauſis
Montibus erupit. monſtra preiſſe lego

Vt vetera obmittam: quotiens iam vidimus eheu
Prodigia: ⁊ rebus monſtra creata nouis
Num puer ille biceps cum regnum tercius Ottho
Prefuerat genitus: illius acta docet.
Ottho etenim imperij ducibus bona diſtribuendo
Corpora diuiſit: perdidit imperium.
Hactenus ⁊ raro ducibus concordia cunctis
Principibusqꝫ viris: imperioqꝫ fuit.
At nuper cum Vangionum rex maximus vrbem
Ingreſſus: cunctos iuſſit adeſſe duces:
Cuncta etiam imperij membra: vt tractare ſalutem
Illorum: ⁊ capitis: poſſet ⁊ imperij:
Principio pacem concordi federe fecit
Principibus: regno conſulit inde ſacro.
Quoqꝫ modo imperium deinceps conſiſtere poſſit
Edocet: illoꝝ conſiliumqꝫ capit
Conſonat his animus: placet ⁊ mandata ſubire
Quelibet imperij: ceſaris atqꝫ ſui:
Mox cum felici clauduntur ſingula fine:
Monſtra deus ſolide pacis amica dedit
Nam prope Vangionum vicina: bicorporis ortus
Eſt puer: hic vno vertice fronte patet.
Cuius membra quidem diſtincta: ⁊ plena ſeorſum
Officium peragunt ſingula queqꝫ ſuum.
Sed qua parte ſolet frons eſſe adiuncta cerebro
Innexum capiti hic heret vtrūqꝫ caput.
Atqꝫ ita: bina licet ſint corpora: ſed tamen vnum
Coniunctumqꝫ caput: corpora bina gerunt.

33

Credo equidem voluiſſe deum. ſignante in illo
Nunc capite vnitum progenitum eſſe loco
In quo ſe capiti tam ſubdita membra ſacrato
Iunxere: ⁊ fauſta hec vnio facta fuit
Nimirum amborum: Papeqꝫ ⁊ Ceſaris alti
Denotat vnitum. tempus in omne. caput.
Eſſe etiam in fatis portendit: Greca redire
Sceptra ⁊ Rhomanum conſalutare caput
Quicquid eſt: grator fidei: ſacreqꝫ per euum
Gratulor eccleſie. ⁊ Maximiliane tibi
Quem deus elegit. quo ſancta hec vnio. ſub te
Principe progreſſum principiūqꝫ gerat
Et facient ſuperi: ſcio: ꝙ tam ſubditus orbis
Totus erit capiti membraqꝫ cuncta ſuo.
Ceu pueri illius caput obſeruantqꝫ coluntqꝫ
Corpora bina modo. tot quoqꝫ membra ſimul
Id quod principio illuſtris comitumqꝫ ducumqꝫ
Turba probat. capiti tam bene amica ſuo
Mox etiam imperij genteſqꝫ vrbeſqꝫ ſequentur
Que caput hoc iamiam numinis inſtar habent
Quod ſi truncum aliquod membrum fortaſſe rebelle
Et capiti vnitum non volet eſſe ſuo
Id capiti abſciſſum ceu putre ⁊ inutile. marcens
Et miſere arebit. premia digna luens
Interea mi Rex videas rogo Neſtoris annos
Pacatumqꝫ regas longius imperium
Te duce maxime Rex. niſi te duce. cuncta regantur
Heu vereor. ne ſtet non ſatis. alma fides.

Ad Illuſtriſſimos imperij principes
prodigioſi huius partus. Interpreta
tio Sebaſtiani Brant.

Principes ſummi decus imperantis
Eligunt quorum veneranda vota
Ceſarem mundo. fidei ⁊ ſacrate
Conſpicite oro
Tangit hoc monſtrum capite implicato
Gloriam veſtram. vnanimemqꝫ mentem
Quam ſacro Regi modo dedicaſtis
Imperioqꝫ
Vnde germanis honor ⁊ triumphus
Dignus ⁊ vobis parietur omni
Temporis cūrſu. decor ⁊ poteſtas
Fama ſaluſqꝫ
Sicūt ⁊ veſtro capiti fauetis
Nuper vnito dominoqꝫ rerum
Sic fide tuta ſtabiliqꝫ nexu
Pergite ceptis
Hereant’ primum capiti ſacrato
Corporis veſtri latera. inde membra
Cūcta per terras hilari ſequentur
Mente fideqꝫ
Inuicem ſitis precor o fideles
Nam lupus ſurget ferus. haud putatus
Hic oues veſtras. ſtabula ⁊ vorare
Cum grege queret
Cuncta tum que non caput hoc verentur

Membra. nec degūnt aquile ſub alis
Illa ſub mox ſede truculentus hoſtis
Dilaniabit
Credat aſtrorum monitiſq;. diuum
Qui velit. voluunt fera fila parce.
Monſtrat hec ſparſus puer in biformes
Corporis artus
Auguror ſeuas nimis ah futuras
Seculo clades. patrieq; noſtre
Quas deus. regis tamen ob ſalutem
Vertere tendet
Monſtra me terrent. totiens reuiſa.
Vrget ⁊ curſus ſatis inſalubris
Syderū turbant ſcelerum manipli ⁊
Crimina multa
Sis tamen mitis. deus o miſellis.
Parce peccatis precor ⁊ reatu.
Da reis pacem ⁊ veniam mereri
Reſpice regem
Et fidem ſacram. pater o tuere.
Tum ratem Petri. ſtabili guberna
Remigis clauo Palynurus cheu
Dormit in vndis.
.J. .F.

34

Membra. nec degu
Illa ſub moꝝ ſede t

Credat aſtrorum
Qui velit. volum
Monſtrat hec ſpa

Augur orſeñas ni
Seculo clades. pa
Quas deus. regis t

Monſtra me terre
Vrget ⁊ curſus ſa
Syderũm turban

Sis tamen mitis.
Parce peccatis pre
Da reis pacem ⁊ v

Et fidem ſacram.
Tum ratem Petr
Remigis clauo P

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard* - Euroskala Offset

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg